Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26564
Copyright: Admont, Benediktinerstift

divisionem habent. et inconfuse uniti sunt. et propriam
unaquaeque phisicam differentiam custodit.
Modo quidem igitur differentie et solo
numerantur et sub discretam quantitatem
reducuntur. Unus igitur est Christus deus perfectus
et homo perfectus. quem adoramus cum patre
et spiritu una oratione cum idem inmacu
lata carne ipsius non carnem non ado
randam esse dicentes. Adoratur enim in una
verbi persona. que ipsi persona fuit vel facta
fuit. non creationem colentes. Non enim
sicut nudam carnem adoramus sed sicut
deitati unitam. et sicut in unum prosopon
et unam personam verbi duabus ipsius reductis
naturis. Sic itaque dedimus prunam tan
gere propter ignem ligno coniunctum.
Adoramus Christi utrumque propter divinita
tem carni unitam. Neque quartam ap
ponimus personam in trinitate. Neque utique fi
at. sed unam personam verbi dei consistentem et carnis
ipsius. Trinitas enim permansit trinitas etiam
post verbi incarnationem. Amen.